

A N N O



1 6 7 6

DISPUTATIO INAUGVRALIS
SELECTAS QVASDAM
E JURE QUÆSTIONES CON-
TINENS.

QVAM

DEO FELICITER ANNVENTE
EX DECRETO ET AVTHORITATE NO-
BILISS. ET AMPLISS. ICTORVM ORDINIS
IN ILLVSTRI IVLIA
SVB PRÆSIDIO
NOBILISSIMI, AMPLISS. ET
CONSVLTISS. VIRI

DN. HENRICI Hahnen / ICTI
CELEBERRIMI, COD. PROFESS. PVBL.
FACVLTATIS SVÆ SENIORIS ET HODIE DECANI,
GVELFICI DICASTERII ASSESSORIS
GRAVISSIMI &c.
DOMINI FAVORIS PROMOTORIS ET
HOSPITIS VENERANDI

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA CON-
SEQVENDI


Publicè examinandam proponit

M. DANIEL CLASEN.

Ad diem xvi. Septemb.
Horis ante & pomeridianis
in NOVO IVLEO.

HELMESTADI,
Typis HENNINGI MULLERI, Acad. Typ.
C10 10 C LVI

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



An E
n



ranfige
erator
art. 2. l
um à
Caroli
avis
manun
voluit
memor
quider
tioner
inere
cur. a
Pontif
Regim
agun



QVÆSTIO I.

An Electio & Resignatio Imperatoris fieri
non possit, nisi Pontifex consentiat
& eam habeat ratam?

Postquam Carolus V. gloriosissimæ memoriæ
Imperator justis de causis. R. I. de Anno 1559.
zu Augspurg administrationem imperij ad
manus Electorum resignaverat, ipseque in
Hispaniam concesserat, ut in monasterio S.
Justi, quod vitæ reliquum esset, in quiete
transigeret, *Ferdinandus I.* electus fuit Romanorum Im-
perator, quod Pontificem *Paulum IV.* agrè habuit, *Azorius*
part. 2. l. 10. c. 9. p. 1056. Instit. Moral. contendentem, impe-
rium à se reverti debuisse, ut ratihabere resignationem
Caroli, & Electionem Ferdinandi potuisset: qua de causa
gravis controversia fuit agitata inter Imperatorem Ro-
manum & Papam, qui legatum quoque Cælaris *Gusmannum*
noluit pro Imperatoris legato recipere. *VWolf. Tom. 2. rer.*
memorab. p. 814. August. Thuan. l. 21. p. 805. Histor. Verùm
quidem est, quod Pontificij strenuè defendant: Resigna-
tionem & Depositionem Imperatoris ad Pontificem per-
tinere *c. ad Apostolicam de sent. & rejudic. in 6. c. Venerabilem.*
extr. de Elect. Alex. Carrer. l. 2. c. 19. n. 12. p. 169. de Potest.
Pontif. ut & Electionem Regis Romanorum. Iosephus de
Regino in Tr. de jure Pontific. Rom. c. 15. n. 129. Sed nihil isti
agunt. Nam Pontifici nullum jus competit in Germaniam

quoad secularia, *Selden. in consil. ad Ferdin. Imper.* Nullo si-
quidem jure, nullo pacto, nec ullo justo titulo jus istud ei
poterit competere, *Thom. Mich. concl. 2. & 3. de jurisdic. Di-*
cunt quidem: Papam totius mundi Principatum obtinere c.
cuncta per mundum 9. qu. 3. c. Damnamus. extr. de Sum. Trinit.
super Gentes & Regna constitutum & erectum. c. alius
15. quest. 6. Regna omnia & imperia conferre & transferre.
c. Ad Apostolica, Extr. de sent. & re judic. evellere, destruere,
ædificare, plantare. c. Solida benignitatis extr. de maj. & obed.
secundum plenitudinem potestatis c. duo sunt dist. 96. ut
propterea omnes Reges & Principes ei subsint c. Omnes. extr.
de maj. & obed. eique submittant capita c. Novit. Extr. de ju-
dic. c. alius 15. qu. 6. & omnem potestatem ab eo habeant c.
Novit. Extr. de judic. ac tempore vacantia eorum jurisdic. tio
& regimen ad ipsum devolvatur c. Vnic. extrav. Job. XXII. No-
lo addere, quæ Pontificum adulatores circa hanc rem
scribunt; legi tamē possunt Michaël Valvireus de Regim. Mundi
p. 273. Roland. à Valle cons. 88. n. 7. Peregrin. lib. 1. tit. 2. n. 8. de
jure Fisci. Zabarella. Cons. 137. n. 7. & Consil. 154. Julius Clarus
in §. fin. quest. 35. n. 6. ut & Paurmeister l. 2. c. 3. de Jurisdic. Ve-
rum nihil hisce obtinent Pontificij, quia testimonia ista
sunt domestica, quibus fides adhiberi nequit l. Nullus ff. de
Testib. l. Divus Trajanus ff. de milit Testam. Farinac. quest. 55.
num. 1. & seqq. de Testib. jura namque repellunt testem in
propria causâ l. Nullus. 10. ff. de Testib. l. si de re ff. de Recept.
arbitr. l. omnibus C. de Test. & cum, cui imperare potest, ut
testimonium perhibeat. l. Idonei. l. testes eos. ff. de Testib.
Cum igitur Pontificij nullam idoneam adferre queant ra-
tionem, quâ probent jurisdictionem in temporalibus præ-
cipuè quoad Imperium Romano-Germanicum & actus
circa Electionem & resignationem Imperatoris ad Papam
pertinere, decretis istis, quæ Pontifices ad stabiliendam
suam

suam auctoritatem, extollendam suam potentiam, & au-
gendam dignitatem ambitionemque juri Canonum inse-
ruerunt, stare, aut ob eorum vim à vera sententia recedere
nequimus.

DEINDE dicimus, quod Resignatio Imperij ei de-
buerit fieri, à quo acceperit Imperator Imperium, & cui
juramentum præstiterit: quod cum Electoribus, non au-
tem Romano Papæ factum fuerit, utique unusquisque vi-
det, Papam hic nihil juris habere, ejusque contradictio-
nem nullius esse momenti atque valoris. Nam quid est
Resignatio? *Nihil aliud quam debita obedientia & subjectio-
nis remissio*: Unde patet, *iis faciendam esse resignationem, qui
obedientiam debuerunt: qui nulli alij sunt quam Imperij Status,
quorum partes in Caesaribus eligendis perpetuo privilegio sustinent
Electores, coram his igitur Imperatoriam dignitatem ejurandam
esse efficitur. Lampadius par. 3. c. 2. p. 75. de Republ. Romano Ger-
manica.* Excipiunt quidem, & Imperatorem Pontifici
olim juramento fuisse obstrictum, & nunc in Capitulatio-
ne eidem obligari his verbis. *Daß wir in zett solcher Kö-
niglichen wörden / Ampts und Regierung die Christenheit /
und der Stuel zu Rom / auch Päpstliche Heyligkeit / und die
Kirchen als derselben Advocat in guten Befehl und Schirm
haben.* Sed Respondemus, quod juramentum illud non
sit *fidelitatis*, sed saltem *protectionis*. Nec olim quoque Im-
peratores jurarunt fidelitatem Pontificibus. *Forster. par. 2.
n. 135. p. 456. de jurisd. Rom.* ad quod postea Pontifices decretis
suis Imperatores voluerunt cogere. Qua de re scribit *Albericus
in Diction. in verb. Election. Pastores Ecclesie mittentes fal-
sem in alienam messem, fecerunt quatuor Decretales. Vnam de
Electione Imperatoris, quæ incipit VENERABILEM. Alia
est supra Depositione Federici Imperatoris, Extr. de sentent. & re-
judic. Alia est in Clemente I. de jurejur, quod Imperator te-
nebatur*

nebatur prestare juramentum fidelitatis Papa & de aliqua potestate super Imperatorem. Quae Decretales an sint justae, Deus novit, nullam enim earum (salvo saniori judicio, & si erroneum foret, revoco) credo juri consonum, imò credo eas proditas contra jura & Libertatem Imperij, & puto potestates distinctas & à Deo processisse &c. vid. Ioh. Limn. ad l. 2. c. 4. n. 97. Iur. Publ. p. 234. Iohan. Coras. in pralud. l. Admonendi n. 10. ff. de jurejur. Quae de causa Henricus VII. ad Clementem Papam scripsit: *Novi exempli res est, nec usurpata Antecessorum meorum temporibus, Principem Principum ac Orbis terrarum Dominum servo servorum fidelitatis juramento obstringi: ex Aventino l. 7. Goldast. Tom. 3. Constit. Imper. p. 407. ad Artic. in Capitul. vide quae scripsit doctus Limn. in Annotam. ad Capitulat. Carol. V. p. 133.*

II.

Quid de Capitulatione Summi Principis statuendum sit?

I. Capitulatio est *Lex Imperii fundamentalis, quae Imperium seu Potestas Imperandi certis conditionibus in Principem confertur.* Goldast: par. 12. disc. 2. p. 612.

Dicitur Capitulatio à *Capitulis* seu *Conditionibus* quibus constat. Anton. Coler. de Iur. Imper. Germ. sect. 33. Olim dicta fuit *Lex Palatina*, uti illud ex *Aimoino, Abbate Vrspergensi* observat Goldast. Tom. 3. Constit. Imperial. in praefat.

II. Quando Capitulatio in usu esse coeperit, de eo variae sunt Ddrum opiniones, quas hìc enarrare nolo: Legitamen istae possunt apud *Limn. l. 1. c. 12. n. 59. & seqq. Iur. Publ. & Carpzov. de L. Regiâ c. 1. s. 8.* aliàs non displicet, quod è *Goldasto Limn. docet in proem. ad Capitulat. Imperator. s. 31. n. 15. Capitulationis initium cum Imperii nostri ortu ejusdem aetatis esse.*

is esse. Initium dico, nam incrementum postea pedetentim & variis temporum intervallis accessit. Olim juramento res tota peragebatur, diversa autem in Capita jurabant illi, qui ad Imperii habenas accedebant, unde Capitulationis nomen, hodierno loquendi more, illis juramentis quoque non ineptè attribuitur. Ubi notandum è Mario Salomonio l. 6. p. 120. de Princip. Quod non una pro omnibus Imperatoribus Lex Regia sit lata, cum singulis Principibus necessaria fuerint conditiones, quibus Principatus à Pop. Rom. deferebatur.

III. Causa, quare Capitulatio Principi summo præscribatur, est, ut absoluta ejus Potestas aliquo modo limitetur, ipsaque ei norma sit & regula, in quibusdam casibus istis articulis comprehensis nihil agendi nisi cum consensu Procerum Imperii. Constat namque sæpius Regnis & Imperiis haut mediocria illata fuisse damna ab illis, qui ob summam, quam indepti erant, potestatem existimarunt licere sibi legum vinculo solutis agere, quicquid lubitum foret: cui malo ne iterum exponeretur Imperium, saluberrimo Capitulationis invento velut fræno plenitudinem potestatis ligare, & intra certas metas & limites concludere voluerunt: unde quoque fit, ut Capitulatione summam potestatem frænante, ipsa potestas minimè sit absoluta, cum absoluta potestas & Capitulatio simul consistere nequeant. Londorp. Tom. 1. lib. IV. c. 154. n. 6. p. 1077. Actor. Public. Quapropter rectè dicit Silhon. par. 2. Disc. 3. p. 459. du Minist. d'Etat. Hæc Lex moderatur hanc potestatem sc: absolutam & facit Symmertiam temperamenti, & Harmoniam humorum in toto corpore, in quo Imperatores nihil aliud sunt, quam capita. Hinc quoque Mauritius Elector Saxonix dixit: *Vi Germania semper in flore & libertate consistere possit, necessarium erit semper auctoritatem Principum conservare & vigorem in Constitutionibus Imperii.* Idem Silhon d. l. Interea me non latet opponi

poni solere è diversi Imperii Recesibus nostrum Impera-
torem è plenitudine potestatis agere multa. Verum illi
considerent, quid dicat *Ferdinandus Vasquez*, qui l. 1. c. 26. n.
2. *Contr. Illustr. docet*: Si quando Princeps adjecerit Clausulam:
De plenitudine potestatis, vel potestate absolutâ, perinde erit ac
si diceret, de potestate sua: quod in eo utile duntaxat est, ut ejus
magis ac magis declaretur voluntas, & animi deliberatio, non
ut ejus augeatur potentia, sicq; clausula illa, De plenitudine po-
testatis, ubi adjecta fuerit, id efficiet, ut quatenus potentia se
porrigebat, eatenus, nihil omninò dempto, porrigatur effectus il-
lius Actus vel Actionis, sed ultra non porrigatur. Sicq; est perinde,
ac si diceret Princeps, se id facere ex certâ scientiâ. Præterea
nec hoc negligendum videtur, quod Capitulatio sit stricti
juris, quæ ultra articulos in eâ expressos Principis potesta-
tem non coercet, ut propterea Princeps ultra condiciones
Capitulatione comprehensas, quatenus Princeps est, &
Legibus solutam habet potestatem l. *Princeps. ff. de LL.* in
aliis negotiis sive imperii, sive illud non concernentibus
plenitudine suæ potestatis meritò uti queat. Neque IV.
Capitulatio cedit in Principis damnum, aut Majestatis In-
firmationem, uti quidam somniarunt, cum Imperium sum-
mum in Principem à populo vel expresso vel tacito con-
sensu conferatur. Nec Majestas est Juris naturæ, sed ge-
neraliter vel Juris gentium, in quantum apud omnes Gen-
tes sint, qui Juribus Majestatis gaudeant, & in alios tene-
ant dominium: vel specialiter, prout consideratur in certâ
Republicâ, inque ea vel absolutè, vel adhibitis quibusdam
conditionibus conceditur, quâ ratione è Jure Civili istius
Reip. dependet. *Hugo Grotius l. 1. c. 3. n. 16. de Jure Pacis &*
Belli. à nostris stat partibus & ita ait: *Non desinit summum*
esse Imperium, etiamsi is qui imperaturus est promittat aliqua
subditis aut DEO, etiam talia quæ ad Imperii rationem perti-
neant.

neant. Nec jam de observatione Juris Naturalis & Divini, adde Gentium loquor, ad quam Reges omnes tenentur, etiamsi nihil promiserint, sed de regulis quibusdam, ad quas sine promisso non tenerentur. Verum esse quod dico ex similitudine patrisfamilias apparet, qui si quid familiae facturum se promiserit, quod ad familiae gubernationem pertineat, non eo desinet in sua familia Jus summum, quantum fert familia, habere. Nec maritus maritali potestate privatur eo quod aliquid uxori promiserit. Facendum tamen, id ubi fit, arctius quodammodo reddi Imperium, sive obligatio duntaxat cadat in exercitium actus, sive etiam directe in ipsam facultatem. Concludo verbis Loysai c. 2. n. 9. p. 20. des Seigneuries. Tria sunt genera legum, quae limitant potestatem ejus, qui superiorem non recognoscit integra permanente ejus superioritate. 1. Leges Divinae, nec enim Princeps, qui obedientiam Deo praestat, superioritate sua cadit. 2. Leges justitiae naturalis non positivae. Etenim proprium potestatis publicae est eam exerceri secundum justitiam, & non ad beneplacitum. 3. Leges fundamentales status: quandoquidem Princeps superioritate uti decet secundum naturam & in ea forma, ac iisdem conditionibus, quibus constituta fuit.

III.

Num Princeps Jure permittere possit Monopolium?

Ardua haec est Quaestio, & in scholis Juristarum acriter ventilata: Nos quid de ea statuendum sit, è multis selectiora delibando dicemus paucis. Antequam autem hoc peragamus, definitionem Monopolij praemitemus. Gothofr. in Notis ad rubr. C. de Monopol. dicit: Monopolium esse Jus vendendae certae mercis, quod unus certive homines sibi vendicant permissu Principis sub vectigalis onere. Sichard. ad d. l. unic. C. de Monopol. illud ita definit: Monopolium ait: est commercium,

B

cium,

cium emendi, vendendi, permutandive, à paucis vel uno etiam
usurpatum, reliquis præreptum, quæ ratione pretia augentur cum
lucro negotiantis, & reliquorum damno. Accursius in rubr. C. de
Monopol. singularem in civitate venditionem vocat, cum vendi-
tio quasi sola penes unum tantum alicujus speciei venden-
dæ potestas deducta est: & cum liberum non est cuique de
civitate istam rem vendere vel ita negotiari. Alberic. de Ro-
sate. par. 2. Statutor. quest. 2. col. 3. Borellus l. 3. c. 8. n. 24. p. 504.
de Edict. Magistrat. De Monopoliis statuunt, ea esse inter-
dicta per l. unic. C. de Monopol. quam Hugo Grotius justam vo-
cat Legem, adhibita gemina pœna 1. Confiscatione bonorum
& 2. Imperiali banno: etsi & aliæ pœnæ statutz sint in
exercentes Monopolia Felin. ad c. Venerabilis. extr. de Testib.
cogend. Petr. Rebuffus tom. 2. ad Constit. Gallia tit. de Magistr.
Artific. artic. 1. gl. 2. n. 1. Adde Dominic. Sotol. 6. quest. 2.
artic. 3. de Just. & Jure & Martin. Bonacin. de Contract. disp. 3.
quest. 2. Sunt quoque ista in Imperio nostro abrogata
ceu id ex multis Recessibus patet. R. I. zu Augshurg Anno
1548. tit. Die Monopolia und schädlichen fürkauff belangend/
R. Abs. zu Augshurg Anno 1500. von wucherliche Contracten,
Monopoliën &c. R. I. zu Coln Anno 1512. von Gesellschaften/
fürkauffen etc. R. I. zu Nürenberg Anno 1524. & R. I.
zu Speir Anno 1526. R. I. zu Speir Anno 1529. R. I. zu
Augshurg Anno 1530. R. I. zu Regensburg Anno 1532. R. I.
zu Augshurg Anno 1566. & R. I. zu Speir Anno 1570. zu
Regensburg Anno 1576. Policen Ordnung zu Franckfurth
Anno 1577. & alijs in Recess. Adde Christoph. Lehmann l. 2.
c. 39. p. 159. Chron. Spirens & Jus Camerale Petri Denaisii c. 194.
p. 254. Hunc ad modum Imperator Carol. V. in Constitutionibus
Bruxellis editis, statuit ne Civitates, communitates, Collegia mer-
catorum, aut Consulium, aut artificum, aut confratriæ consti-
tuerent aut conderent edicta, ordinationes ad monopolia pertinen-
tia

ria aut præjudicantia utilitati Reipublicæ: revocavitq; jam facta,
& concessa similia nulla atq; irrita declarans. Camillus Borellus.
l.3. c.8. p.504. de Edict. Magistrat. Tholosan. l.13. c.3. p.522. de
Republ. Lather. l.3. c.14. p.655. de Censu. Causa autem quare
Imperatores tantopere monopolia interdixerint est 1. quia
istis ad singularem venditionem quedam merces contrahuntur, &
cæterorum negotiatorum utilitas intervertitur & opprimitur.
Heresbach. c.16. de Republ. Christian. administrand. p.284. ¶2.
Quia exinde caritas rerum in Remp. erumpit: Latherus l.3. c.14.
n.11. p.631. de Censu. Unde 3. Ob unius vel paucorum questum
infertur publicum damnum Tiber. Decian. l.7. in Tract. Crim. c.
21. Scheplitz. part. 4. tit.4. §.7. Consuetud. Brandeb. qua de causa
enumerantur inter causas morborum civilium Jacob. Borniz. l.4.
p.327. Partit. Politic. & locum inter communes calamita-
tes inveniunt Rloef l.2. de AErario. c.26. p.302. Et non im-
meritò, quandoquidem, qui monopolia exercent, omnia
tentant & explorant, quibus multitudinis opes ad se pertra-
hant, dum collectis pecunijs alios vincunt, alios præveni-
unt, alios exaucto rerum pretio deterrent, ac soli emunt
omnia, quæ deinceps pro suo lubitu soli vendunt quàm
maximè. Boter. l.1. c.14. de Politia Illustr. p.105. l.3. c.14. n.19.
p.634. de Censu. Elegans est locus, quem habet Cornelius
Varagenus l.3. de conservando statu. c.25. p.797. Multa sunt, quæ
Monopolia improba efficiunt: quippe quorum nequitiâ, neglecto
bono publico, & proximi commodo, unice proprio inhiatur quæ-
stui, in quantum Monopolium exercentes, omnem vim pecunia ad
se convertunt, merces divendunt pro lubitu, onerant pauperes,
decipiunt & fallunt concives, qui ejusmodi merces à nullo alio
possunt redimere. Quare olim Imperator Zeno, & postea
alij Imperatores ejusmodi technas & fraudes monopolio-
rum interminata subinde legis de prohibito monopolio
contemptoribus gravi pœna, è Republica penitus voluerunt

eliminare & expellere. Quibus commoti nonnulli ad datam
Questionem simpliciter negativè respondent, ita ut ne ex Principis
permissu Monopolium exerceri possit, quia quod contra utilitatem
publicam est, id ne rescripto quidem Principis concessum valet.
Corvin. ad C. de Monopol. quod rescripta contra jus non va-
leant l. Rescript. 7. C. de Precib. Imperat. offerend. & l. omnes
C. si cont. jus vel utilit. public. Deinde Principes revereri
debent Leges tanta auctoritate munitas, quibus interdi-
citur generaliter omnibus monopolium. Chassan. in Consuet.
Burgund. rubr. 13. §. 7. n. 17. Surdus Consil. 321. n. 24. Præterea
Principis est vigilare, ne subditorum alij præ cæteris ni-
mium emineant, & suis opibus, & nummorum abundan-
tia alios opprimant; sed ut omnes habeant, unde sine
querela vivere commodè possint. Egregiè hæc de re disse-
rit Bodinus l. 6. c. 2. p. 1046. de Republ. Ac mihi, ait, res humanas
proprie inveniunt, nulla familia, nulli Principes, nulla Imperia opi-
bus ac victoriis ita floruisse videntur, quam quæ maximam egen-
tium ac tenuium curam habuerunt. Tandem afferunt, ne ipsis
quidem Principibus licitum esse Monopolia exercere, modo
odium & invidiam subditorum velint declinare juxta con-
siliium Hannibal. Scoti. ad 1. Annal. Taciti p. 15. & 67. Odium
evitabit Princeps à duabus rebus civium abstinendo, nempe à fa-
cultatibus & sanguine eorum. Quod expertus est Ferdinandus
Rex Neapolitanus, qui omnibus factus fuit odiosus nullam aliam
ob causam, quam quod Monopolium exerceret, Bodin. l. 6. c. 2. p.
1017. Comin. l. 2. de bello Neapolit. p. 787. Tholosan. l. 3. c. 6. n. 50. p. 61.
de Republ. Priusquam veriore sententiam afferam, distin-
guere volo inter modos, quibus contingit monopolium.
1. Quando unus aut plures ex Privilegio Principis facultatem ha-
bent, ut soli de re aliqua commercium instituunt, seu tales res ven-
dant 2. Vbi Privati conspirant de non vendendo nisi certo pretio,
quo non emeretur absq; ejusmodi conventionem. Idem est si conve-
niant

niant mercatores, ne nisi pretio infimo emanent à Dominis mercium.
3. Quando aliqui tempore messis emunt v. c. omne triticum vel
maximam partem pretio vili ut postea cogantur omnes ab iis emere
pretio summo aut gravi. Exc. Dn. Pras. ad Vvesenb. ff. de serv.
export. p. 644. & seq. Plures modos habet Menochius l. 2.
cent. 6. c. 569. de Arbitr. judic. quos retulit. Speidel. in
Notabil. p. 343. qui videatur. Quibus præmissis dico: Non o-
mnia Monopola pugnare cum jure natura. Hugo Grotius l. 2. de I.
P. & B. c. 12. p. 414. Etsi quidem regulariter monopola permitti
non debeant, tamen non video, quare urgente necessitate Princeps
in suis ditionibus ea non possit permittere. Perez. ad C. de Monopol.
dico, urgente Necessitate: nam necessitas non habet legem, sed juri
derogat, omnemque excludit immunitatem l. Quoties 1. C. ut nemi-
ticeat l. jubemur 14. C. de SS. Eccles. Andr. Alciat. ad l. invitus
ff. de V. S. Et propterea dicitur ingens telum, nulli sub-
jectum legi, ipsa legem faciens c. remissionem vers. sed nota-
dum 1. quest. 1. c. quando de Consecrat. dist. 5. Fieri namque
potest, ut quidam in Civitate tantum non habeant in bo-
nis, quo ejusmodi merces sibi acquirant: nunquid illicitum
fuerit si unus aut pauci sumtus impendant ad ejusmo-
di merces sibi acquirendas, ut alij istarum fiant compotes,
& mercatura non patiatur naufragium? Cæcilius Paradiseus.
l. 1. c. 27. p. 195. de Iustitia mercatura. Pono casum: Sit in
aliquo oppido incola, qui negotiationem aromatum &
& condimentorum ex Principis concessione solus exer-
ceat, adeoque prospiciat toti civitati isto mercis genere,
cæteris pecunia destitutis, ut easdem illi merces ob inopi-
am sumtum emere & vendere nequeant. Etiam si mono-
polium is exerceat, justè tamen facit in eo, quod publico
bono succurrat, & omnibus inserviat. Quod alij quoque
justum esse contendunt, si fiat 1. sine intentione decipiendi
& defraudandi 2. Non eo animo, ac si velit cæteris præjudicare,

& illorum utilitates impedire, sed 3. bonum juvare publicum, & omnium commodis servire 4. AEquo pretio 5. Cum hac declaratione si alij eandem mercem possint sibi acquirere, quòd neq; ipsis invidere aut impedire, multò minus in odium & damnum eorum suas merces minoris vendere velit. De quibus tamen limitationibus, an omnes sint necessariæ dubitant nonnulli. Deinde utilitas Reipubl. interdum indulget exercitium monopolii ut si unus aut pauci merces in majori copia emere, & sic ærarium locupletare queant, quod non fiet, si ditioribus illud non concederetur, sed privatis promiscuè ista negotiatio relinqueretur libera, qui impares essent ad faciendas istas impensas. Confer Perez, ad C. de Monopol. Jam verò publica utilitas privatis commoditatibus præfertur meritò l. unic. §. penult. ubi Bartol. de Caduc. tollend. Quibus & similibus casibus omninò Princeps potest privilegium monopolii concedere. Neque quicquam faciunt rationes in contrarium. Non 1. eo sensu, quo nos permitrendum esse censemus monopolium non est contra utilitatem publicam, quin potius utilitatem publicam concernit & auget, cujus curam providus Princeps imprimis habere debet 2. Etsi non negem Principis & Magistratus officium esse leges servare, & subditos cogere, ne iis contraveniatur: Attamen ubi summa necessitas id postulat, stricta Legis observantia locum non invenit: quippe quod necessitas omni lege validior aliter jubeat. Extra necessitatem & utilitatem monopolia judico improba, ut quæ fortassis sub & obreptitiè à Principe interventu pecuniæ & largitionum & auxilio consulentium fuerint impetrata. Nec 3. reprehendo, si Princeps det operam, ne quidam è subditis nimium ditescant: quidam ad divitias emergere planè non possint, ne hi ab ijs opprimantur. At ubi mercatura aliter florere nequeat, quam quorundam sumtibus & impensis, permitti illis potest, ut præ cæteris aliquantum ditescant: Ubi nihilominus Ma-
gistratus

gistratus poterit providere, ne illi alios defraudent, sed æ-
 quo pretio merces suas distrahant, ut ita hi illorum nego-
 tiatione juvari, & bonum publicum servari possit: *Ex his*
perspicimus, primum modum simpliciter illicitum non esse, scilicet
si Princeps alicui gravibus de causis privilegium monopolii indul-
geat: Quod fortassis absq; privilegio tali non essent, qui merces
ejusmodi adveherent in tali copia, quæ in Republ. requiritur. E-
jusmodi privilegium typographis, bibliopolis, & novarum rerum
inventoribus concedi solet. Ampl. Dn. Pras. ad Ves. de serv. export. p.
645. Reliqui duo modi planè sunt illiciti per generalem pro-
hibitionem l. unic. C. de monopol. Alterum illud, num Princi-
pibus & aliis Rebus publicis liceat exercere monopolia, itidem af-
firmamus cum Besoldo, c. 3. de AErar. n. 6. p. 34. Herm. Lathero.
l. 3. c. 14. p. 631. de Censu. Licet non repudiemus monitum Barni-
tii l. 2. c. 1. de AErar. Principem lento gradu, & non nisi ur-
gente necessitate ad hoc transire debere: & Ruræmundi c. 30. in
Mammonâ: oder Schlüssel des Reichthums ap. Lyndenspur in
Comm: über die Württemberg: Landordnung p. 234. Bey Städ-
ten und Ständen müssen solche Monopolia dahin gerichtet wer-
den/ das es mehr eine Kauffmanschafft und Handthierung als
ein Monopolium scheine: Sonsten würden solche die Reichs
Constitutiones ebensowohl betreffen/ dabey denn wol in acht zu
nehmen/ das die gemeine Handlung in kauffen und verkauf-
fen nicht gesteckt/ sondern allein der Kauffleute und Bucherer
übergemachte Vorthail gedämmet/ und dem gemeinen Mann
solcher Last leichter gemachet werde. Auff solche weise kan ein
Herr und Obrigkeit lob- und auch nützlich handeln / und das
mit die Untertanen vor Stewr Schakung und grössern Zoll
befreyen. Licebit autem Reipubl. aut Principi monopo-
lium exercere, quando facit illud ob publicam utilitatem,
& pecuniam comparandam, quæ est nervus Reipublicæ.
Scaccia de Camb, & Commerc. §. 1. qu. 7. par. 3. limit. 10. n. 18.
Althus.

*Althus. c. 32. Polit. p. 482. Deinde licitum est iis monopolium, quando negotiatio est nimis ampla, ita ut ex ea mercatores ingentem divitiarum vim sibi acquirerent. Quo casu eam Magistratus exercendam sibi sumere potest, ut hodie Veneti faciunt in usu commerciorum in Flandria, Anglia & aliis locis. Klock l. 2. c. 26. n. 12. p. 301. de AErar. Tandem addit d. l. permitti Monopolium, scilicet si ejusmodi negotiationes inserviant usui publico, & fructum ferant toti Reipubl. sicuti si ad annonæ caritatem sublevandam frumentum ematur & vendatur subditis. Neque hujus, quod dictum est, nobis desunt exempla: quanta laude dignum opus fecerit Josephus in Ægypto, cum præsciret futuram annonæ caritatem, facer Codex pluribus loquitur. Neq; vitio verti poterit Rudolpho Regi Bohemie Alberti Imperatoris filio, quod negotiationem in Argenti fodinis Cuthnensibus exercuerit: Vinum, sal, hordeum triticum ad panes & cerevisiam coquendam ex Austria suisq; horreis convexerit, pretiaq; rerum pro mercalibus ex arbitrio suo constituerit, atq; eo in genere mercaturæ monopolium sibi vendicaverit. Necesitate namque compulsus huc se descendisse dixit, ut hoc modo summam ærarij inopiam sublevaret, & debita per utrumque Regem contracta dissolveret. Tholosan. l. 3. c. 6. n. 46. de Republ. Ruramund. d. c. 30. Mammon. Klock l. 2. c. 26. p. 301. de AErario. Carpz. par. 1. Decis. 4. p. 21. Ita salis Monopolium Magistratus sibi vindicare potest, & per pœnalia mandata id obtinere, ne ullus subditorum nisi de isto sale emat. Fachinæus Vol. 1. cons. 6. n. 7. Hoc Monopolium exercet Rex Gallie, teste Marquardo Frehero de Monet. p. 48. Thuanus l. 5. Histor. p. 153. Et in Italiâ de sale vendendo monopola licitè exercentur Stracha par. 4. n. 30. & seq. de Mercaturâ. Adde Klock l. 2. c. 9. p. 242. de AErar. & Petr. Heigium par. 1. qu. 14. p. 202. Principes porrò sibi pannorum exoticorum, & texturam sericorum reservare possunt ijs
in lo-*

in locis, ubi ejusmodi artificia ob defectum materiæ vel artificum in usu singulorum non frequentantur. *Bornit. l. 2. de AErar. c. 2. Latherus l. 3. c. 14. p. 638. de Censu.* Ubi plura vide ut & apud *Speidel. in Notabilib. p. 344. & 345.*

IV.

Quid juris sit de Banno?

I. Vox Banni barbara est, & scribit *Nellus par. 1. temp. 2. n. 12. de Bannis* eam descendere à *Banderia*, vel *Vandalico* vocábulo *Banner Vexillum* etiam apud *Germanos* denotante ex more *Vandalorum*, qui rebus seriis vexilli ceremoniam adhibere consueverunt. Verùm *Cujacius in præfat. Comm. de Feud.* putat *Banni* nomen fuisse olim generale, & significasse *Edictum* sive *Citationem* aut *Statutum*. *Paris de Puteo in Tract. de Syndic. verb. Bannum p. 213.* Alii derivare vocem istam volunt à Germanico *Bann*/ quod viam publicam seu territorium, districtum *Provinciae* aut *civitatis* denotat. *Sichard. ad l. 1. n. 14 C. de hered. Inst. bannitis* sc. amittentibus *Bannum Imperii*, id est, *territorium seu viam publicam & regiam* h. est, libertatem & rerum communium æqualem omnibus concessum usum. *Gailius l. 2. c. 1. n. 12. p. 86. de Pace publ.* Quænam autem *Limnai* de hâc derivatione sit opinio, vide apud ipsum in *Annotament. ad Capitul. Caroli V. artic. 22. p. 250.* Germani *Bannum* appellant *die Acht* & *Bannitos die Echter*/ quod nomen videtur descendere à Græco *ἐχθρός*, id est, *hostis*, inimicus, quia qui in *Bannum* denuntiantur, cives esse desinunt, & hostes efficiuntur *Gailius l. 2. c. 1. n. 21. de Pace publ.*

II. Varia vocis *Banni* observari potest significatio. Nam (1) trinam futuri matrimonii publicè in Ecclesiâ è suggestu factam denuntiationem significat. *c. Cum in Tua Extr. de Sponsal. c. fin. Extr. qui matr. accus. poss. c. fin. Extr. de*

C

Cland.

Cland. Sponsal. (2) Aliquando multam, & si non fuerit aliter determinata, eam sexaginta solidorum, vel poenam totidem ictuum in legibus Longobardorum notat teste *Petr. Pithæo l. 2. c. 20. p. 448. Adversar.* (3) Bonorum confiscationem. *Auth. Item. C. de Episc. & Cleric.* (4) Sententiam definitivam poenæ illativam. *Herm. Stam. l. 1. tit. 3. c. 2. p. 133. de Servit. Person.* In hâc significatione bannire idem valet ac proscribere, quod est, delinquentem propter enormitatem delicti commissi extra protectionem & beneficium illius territorii seu districtus, e quo ejicitur, ponere. *Cynus ad l. reos n. 9. C. de Accusat.* Den Banniten oder Aelter auß dem Frieden in Unfrieden setzen / ihm Wasser und Wând versagen. *Herman. Stamm d. cap. 2. n. 3. p. 134. de servit. Person.* III. Bannum est poena seu coercitio delicti vel contumaciæ, quæ ex autoritate jurisdictionis aut judicis principaliter procedit *Sichard. ad l. 1. n. 14. C. de hered. Instit. Gail. l. 2. c. 1. n. 20. p. 87. de Pace publ. definit Bannum per judicialem censuram, qua violatoribus pacis publicæ aqua & igne interdicitur, ita ut à nemine in clientelam fidem & amicitiam recipi, sed ab omnibus tam in persona quam rebus offendi possint.* Quam definitionem probat *Magerus c. 8. n. 84. p. 299. de Advocat. Armat.* IV. Bannum autem inde ortum videtur, ut quia poena ultimi supplicii reo absenti & fugitivo decerni nequit *l. absentem §. adversus & ibi gl. ff. de Pœnis l. Absentem C. de Accusat.* ne impunitus evadat reus ipse ob crimen perpetratum, vel si de eo nondum confessus aut convictus sit, ob contumaciam in non comparendo coerceatur, & in bannum declaretur, atque ex provincia proscribatur & excommunicetur. *Bened. Carpzov. par. 3. qu. 140. n. 13. p. 328. Pract. Crimin.* Ubi quæritur: an sit similis deportationi, quæ hodie ab usu recessit? *Sichard. ad l. 1. n. 10. C. de hered. Instituend.* quæ quæstio etsi scitu sit necessaria: *Marchard.*

Schard. Concl. 162. n. 32. de Probat: tamen adeò difficilis est, ut in eâ discerni nequeat, non modo quæ sit opinio communis, sed neque etiam quid tenendum sit. *Iulius Clarus l. 5. Sentent. §. ult. qu. 71. n. 12. p. 791.* qui quoque addit eos simpliciter cum deportatis comparari posse, quod tamen *Salomonius ad l. ut vim n. 24. ff. de I. & I. negat.* Interim *Carpzov. par. 23. qu. 141. Pract. Crimin. p. 328. dicit communiter Dd. deportatis quodammodo equiparare bannitos, quia bannitis seu proscriptis aqua & igni interdicitur, & alicui aqua & igni interdicare nihil aliud est, quàm eum bannire. Sed jure Civili aqua & igni interdicti sunt deportati l. 1. §. hi quibus ff. de Legat. 3. l. liber homo §. Si heres ff. de hered. Instit. l. qui dolo §. ult. ff. ad l. Jul. de vi publ. l. Res uxoris C. de donat. int. vir. & uxor. Adde Herman. Stam. l. 1. Tit. 3. c. 2. p. 136. de servit. Person. ubi aliquot Recessus Imperij ad hanc rem allegat: dissentit *Speidel. in Notabil. p. 90. V. Bannum est duplex Seculare & Ecclesiasticum R. A. zu Trier und Cölln §. und ob jemand p. 95. Bannum Ecclesiasticum dici solet Excommunicatio & est Censura Ecclesiastica, quâ Christianus à corpore Ecclesiæ vel saltem Sacramentorum ejus perceptione excluditur. Sed de eo nunc non agam. Bannum Seculare est Duplex 1. Imperii, quod Generale dicitur & 2. Status alicuius imperii, quod Speciale appellatur. Ex Ordin. Cam. par. 2. Tit. 9. §. So jemand p. 517. Coler. par. 1. decis. 108. n. 56. Behner in Pract. Observ. p. 5. Bannum Imperiale, der Reichsbann und Acht / est imperii judicialis Censura, qua delinquentibus aqua & igni interdicitur, ita, ut à nemine in clientelam, fidem, aut amicitiam recipi, ab omnibus verò impunè tam in persona quàm rebus offendi possint. Ordin. Cam. par. 2. tit. 9. §. So jemand. p. 517. Bannum Speciale est, quod à Statibus Imperii delinquentibus ob delictum vel contumaciam quoque irrogatur, & extra eorundem ter-**

ritoria non extenditur. *Carpzov. par. 3. qu. 140. p. 329. Pract. Crimin.* Hæc ex *l. 3. art. 24. Landrecht Lagus l. 2. tit. 8. vers.* Es ist aber. Die Acht ist zweyerley / Unteracht und Oberacht. Den wann einer von den Richter / der unter den Keyser oder König gefessen / geächtiget wird / so ist er nicht weiter geächtiget / dann desselben Richters Gebieth gehet. Hierumb so heisset auch desselben Acht eine Unteracht. Wer aber von den Keyser oder König geächtiget wird / der ist an allen Orten des Reichs geächtiget / und mag als ein erkläreter Missethäter weder gehauset / noch gcherberget werden. Bannum solet dividi in primum & Reiteratum Acht und Oberacht. Cujus exemplum ponit die Hoffgerichts Ordnung zu Rodtweill à Conrado III Imperatore Anno 1547. facta in eo, qui propter absentiam & non respondendo incidit in bannum contumaciæ & tandem à judice Auff Recht auß der Acht gelassen wird / tandem verò in judicio succumbit, Wann der auff Recht auß der Acht kommen ist dem Kläger in den Rechten fällig würde / so richtet man den Kläger darumb zu mit OberAcht &c. Dicitur quoque OberAcht eo sensu, quò qui propter delictum jam dum banno percussus fuit, altera & reiterata sententia eodem denuò percutitur. Quod Alberto Marchioni Brandenburgensi tempore Caroli V. contigit, qui utrumq; contemnens joco aliquando dixisse fertur. Acht und OberAcht machet Sechszehen. *Iohan. Limn. in Annotam. ad Capitul. Caroli V. artic. 22. p. 251. Adde Carpzov. par. 3. qu. 140 p. 330. Pract. Crimin.* Idem dixisse *Hildesienses refert Martin. Zeiler. lib. 1. c. 5. p. 139. Itiner. Germ. VI.* Porro dispiciendum, quando bannum inveniat locum? Nempe ubi est quæstio criminalis, & de vitâ hominis agitur. *Carpz. d. l. p. 331.* Præcipuè in Crimine læsæ majestatis & rebellionis *Gail. l. 2. c. 3. p. 96. de Pace publ. seu fractæ pacis, modò de delicto verè constiterit, VII, Banni pœnam incurrere non*

non

non possunt Principes nisi cum consensu Electorum *juxta Capitulat. Ferdinandi III artic. 30. & adillum text. Iohan. Limn. p. 721. & seqq.* Unde Principum hæc in parte prærogativa est, quod etiam si in O. C. expressè cautum non sit, hæc tamen in Imperio usu sit introductum. *Petr. Heig. par. 1. qu. 9. n. 42. Sixtin. l. 1. c. 6. n. 57. de Regal.* Præcipuè tamen hoc privilegio gaudent Electores Ecclesiastici de quibus dicunt, quod Regalibus quidem privari, ad pœnam banni ordinariam verò condemnari nequeant. *Limn. l. 3. c. 3. n. 56. jur. Publ.* Porro nullus quoq; dubito, quin privilegio quodã speciali muniri quispiam contra bannum possit. *Besold. in Thes. Pract. p. 92.* Etsi sint qui dissentiant apud *Anton. de Cassatis in erudito Tractatu de Potestate summa c. 31. p. 169.*

VIII. De Processu, quem observat Camera in banno vide *Gold. Tom. 1. p. 238. Der Reichs Sakungen & Limn. ad Capitul. Caroli V. p. 251.* IX. Effectus banni est 1. *Quod Banniti à nullo tuti sint ac securi, verùm à quolibet offendi possint. O. C. par. 2. tit. 10. §.* Und wo desßhalben. Unde occidens bannitum in Imperio ab homicidii pœna liber est. *Julius Clarus in §. Homicidium n. 52. & 54. Nellus par. 2. temp. 2. qu. 7. vers. Examinatis de Bannitis. Mundius c. 4. de Diffamat. n. 148. p. 136.* Quin qui bannitum interficit Executor justitiæ dicitur à *Bald. in l. reos C. de Excusat.* 2. Sunt incapaces protectionis. *Magerus c. 8. de Advocat. armata n. 107. p. 300.* Adeo ut ij, qui dolosè illos recipiunt, banno quoque subijciantur *vid. Goldast. Tom. 3. Constit. imperial. p. 340.* modo publicè ob notorium delictum in pœnam banni condemnati fuerint, & palam constet, eos esse bannitos. *Cavalcan. per 4. n. 43. p. 353. de Brachio Regio.* Quod si bannitorum aliquem quis bona fide receperit de jure communi non punitur. *l. si qui C. de Adulter. Paris de Puteo de Syndic. verb. Tortus c. 3.* verùm tenetur is de simplici re-

ceptione, non autem tanquam socius criminis *Cavalcan.*
d. l. Adde perdoctum Ictum Camillum Borellum l. 3. c. 5. p.
471. de Edict. Magistr. 3. Banniti fiunt communes omnium
hostes, & è numero civium Romanorum eijciuntur. Gail.
l. 2. c. 12. n. 3. p. 134. de Pace Publ. Camillus Borellus l. 3. c. 6. p. 483.
de Edict. Magistrat. Sichard. ad l. qui deportantur n. 12. C. de hæ-
red. instituend. 4. Omnes obligationes, juramenta, pacta,
& actiones ex parte bannitorum, cassa, irrita, & nulla pe-
nitus sunt. O. C. par. 2. tit. 9. §. 2. Königl. Landfried zu
Wormbs Anno 1495. tit. die Pöen der Friedbrecher. Qua de
causa quoque nullus ei debita reddere, nullus in judicio ei
tenetur respondere Mager. c. 3. n. 107. p. 300. Advoc. armat.
quia civitatem Romanam admittendo, omnia quoque
quæ sunt juris communis amittunt Bart. ad l. Amissione ff. de
cap. dimin. Bald. ad l. 1. C. de Hæred. instit. Justitia eis admi-
nistrari non debet, & sententia pro ijs lata, nulla erit. Gailius
d. l. Mundius c. 4. de Diffamat. n. 149. p. 136. Nec possunt ipsi
ullum celebrare contractum, quod non videantur habere
ulla bona, quorum intuitu possent obligari, utpote bonis
ipsorum, si quæ adhuc possideant, omnium prædæ expo-
sitis O. C. par. 2. tit. 9. §. So jemand Speidel. in Notabil. p. 90.
Reinking. l. 1. cl. 5. c. 6. p. 645. de Regim. Secul. & Eccles. Herman.
Stam l. 1. tit. 3. c. 2. p. 149. de Servit. Person. dissentit. Heitor.
Felicius c. 8. n. 6. p. 89. de Societate. 5. Habentur Civiliter
pro mortuis l. Actione 63. §. 12. ff. pro Socio. Bald. ad l. 1. n. 4.
& 12. de Hæred. Instit. Lucas de Penna in l. Cum allegatis C. de re
milit. 6. Fiunt Infames, & non licet cum iis conversari l.
2. ff. de pœnis Ayver. par. 1. c. 5. obs. n. 3. Process. jur. hist. Mun-
dius c. 4. de Diffamat. n. 134. p. 133. 7. Amittunt bona Feu-
dalia quæ ad Dominum directum revertuntur. Schüz Vol.
2. disp. 4. n. 8. p. 144. jur. Publ. 8. Poena ista extenditur ad
filios & nepotes bannitorum A. B. tit 24. Adde Maximiliani
I. Im-

1. Imperat. Constit. Wormatiensem de pace publicæ Anno 1321. tit. 8. O. C. par. 2. tit. 9. Quod exinde licet animadvertere, quod Albertus I. Cesar Venceslaum III. Regem Bohemia suum ex sorore nepotem à banno Imperiali, quo pater ipsius Venceslaus II. percussus erat, absolverit apud Goldast. Tom. 1. p. 317. Constit. Imperial.

V.

An Vasallo liceat Feudum refutare?

Ne in limine erremus, notandum primò videtur, quid sit refutare feudum? Feudum refutare nihil aliud est, quam jus suum, quod quis in re feudali habet, alteri cedere. Et Refutatio feudalis erit feudi, quod Vasallus habet à Domino, alteri secundum jus facta cessio die Lehn auffkündigung. Quæ à quibusdam duplex statuitur 1. Propria, quæ in manus Domini fit: 2. Impropria, quæ agnatis veletiam extraneis fit. Hermannus Vulteius l. 1. c. 10. n. 128. p. 563. de Feud. quam tamen distinctionem alij rejiciunt. Sincelthaus disp. 9. n. 5. Feud. p. 294. Deinde refutatio est, vel 1. Realis, cum in rem concipitur, & omninò refutatur. 2. F. 49. Vel 2. Personalis cum favore aut respectu certarum personarum à nobis res abdicatur. Rosenthal c. 9. Concl. 50. n. 4. de Feud. Carpzov. disp. Feud. 7. n. 37. Quibus ita dictis, indicamus, de proposita quæstione non omnes idem sentire. Etenim sunt, qui dicunt, plane illicitum esse, ut Vasallus refutet feudum 1. Ob juramentum, quo Vasallus Domino est obligatus, quod inviolabiliter servari debet, adeoque ad factum obligat. 2. Quia Vasallus Domino obligatus est personaliter, ut, etiamsi rem cedat, se tamen personali obligatione eximere nequeat. Verùm his non obstantibus dicimus refutationem feudi licitam esse. c. Si Vasallus 2. F. 38. ubi dicitur Vasallum etiam sine Domini voluntate feudum rectè refutare pos-

re pos-

re posse idque 1. quod *quivis suo juri ac beneficio licitè possit renunciare, l. penult. C. de Pactis.* Nec beneficium detur invito *l. invito. 69. ff. de R. I.* Jam verò feudum esse beneficium dubitabit nemo, modo inspexerit jus feudale, videat autem *c. 2. Feud. 23. & 1. Feudor. c. 1. in fin. Rubr. text. in princ. 2. Feud. 24. & 55.* Quibus omnibus in locis feudum appellatur beneficium, ut ita eo minus dubitare quisquam possit, quempiam posse suo renunciare beneficio, 2. *Deinde Vasallus Domino non est obligatus, nisi propter rem aliquam sibi in Feudum concessam: Quod si autem rem cedat, ob quam obligatus erat, utiq; ipsa cessat obligatio.* Quod adeo clarum est, ut facilè liceat ad contraria respondere. Ad 1. dico, juramentum istud, quod Vasallus cogitur Domino feudi præstare, refutationem non impedire, quippe quod juramentum hoc intelligendum sit secundum naturam contractus & negotii, cui accedit *Ludv. c. 15. de Feud. n. 4. p. 391.* Jam secundum jus feudale licet feudum omninò refutare *c. si Vasallus 2. F. tit. 38.* Ad 2. Respondeo, verum esse, quod Vasallus obligatus sit Domino obligatione personali: attamen illud non negligendum erat: Obligationem illam oriri propter feudum & occasione feudi. Quod si igitur Vasallus feudo renunciaret, & suum jus cedat alteri, certè obligatio quæ isto titulo Vasallum tenebat, statim cessabit. *Sinckelthaus Diss. 9. Feud. Cont. 5.* Quidam sunt, qui distinguunt inter *feudum Absolutum*, id est ad nulla certa servitiorum genera restrictum, sed indeterminatè concessum: Et *feudum conditionatum*, id est, quod pro certis servitiis alicui est concessum, atque in his dicunt, refutationem non habere locum, nisi requisito primum Domini consensu, At non opus erat isto effugio, quia textus refutationem feudi permittentes sunt generales & indistinctè loquuntur, ut itaque ratio hujus distinctionis videatur nulla. *Sonbec.*

bec. par. 12. n. 116. de Feud. Borcholt. c. 8. n. 53. de Feud. Ludovell.
c. 15. p. 390. de Feud. Ruding. l. 2. c. 34. Var. lect. feudal. Deinde
dicimus & Conditionatum feudum esse in favorem vasalli datum,
qui æquè, ut in absoluto feudo renunciare suo poterit favori. Sincels
thaus disp. 9. cont. Feud. p. 295. modò refutatio ista non fiat in-
tempestivè vel dolo malo, puta ne refutet feudum, si Dominus vel
in procinctu sit, vel hostis ei immineat, nec aliis æquè idoneis mi-
litibus vel servitiis se possit instruere. Rosenthall c. 9. Concl. sr.
n. 11. de Feud. Cui verò refutatio feudi maximè fieri debeat,
vide apud Ludovell. c. 15. p. 392. & 393. Synops. Feudal.

VI.

An Dominus feudi aliquem de feudo, quod
Vasallus ultimus spe prolis masculæ destitutus possi-
det, vivo adhuc Vasallo ejusque consensu
irrequisito, investire possit?

Sæpè fit, ut feudum terminetur in Vasallo possidente,
& ob defectum hæredum descendentium, exclusis ex pacto
collateralibus, vel ijs deficientibus quoque, feudum re-
vertatur ad Dominum; etsi alius feudum istud, post mor-
tem possidentis Vasalli, Domino apertum impetret, in-
que eventum de expectativâ, ut ajunt, investiatur. Quale
feudum vocant ein *expectantz*, gnaden Lehn: Anwartsung
auffeines andern Lehn. Item Ein Irrlehn. Quando Domi-
nus dicit: Wir Lehen das Lehngut / so zum ersten verlediget /
und uns heimfället / es sey groß oder klein / denn solches Lehn-
gut gehet noch in der Irre / daß es nicht eigentlich wissen kan /
worzu es sich halten soll. Interpretes juris Feudalis vocant
Caducitatem successionis feudalis. Quæritur itaque num talis
investitura valeat? Sunt quidam, qui eam nullo modo va-
lere contendunt, propter jus civile, quò conventiones de
bonis adhuc viventis, seu pacta futuræ successionis etiam
D juramento

juramento confirmata non valent, quippe quod votum alterius mortis captandæ continere videantur, & sic contra bonos mores censeantur esse *l. licet l. pactum & l. fin. C. de inutilib. stipul. l. stipulatio ff. de V. O.* Atque hoc argumento commotus *Andreas Isernia* dixit: pravam esse consuetudinem, seu potius corruptelam ratione destitutam, & propterea non observandam, quandoquidem illa occasionem captandæ mortis alterius præbet, & tristes imo periculosos inducit eventus. *Jacob. de S. Georg. in verbo investivit talem. n. 12. Baro. à Lautenberg ad c. si quis 1. F. 17. Alvarot. ad c. de moribus 2. F. 26.* Verùm id nihil est, nam potest Dominus feudum sibi nondum apertum, in eum eventum, quo caducum fit, alteri concedere, puta si vasallus ultimus sit familiæ & agnationis suæ. So einer der letzte seines Nahmens und Stammes ist/ kan oder mag dessen Lehn von den Lehnherren aufgeben/ und einen andern die Anwartsung vergönnen werden. Ita *Gailius l. 2. obs. 155. n. 2.* ratio est, quod expressè textus feudalis illud permittat *2. Feud. 26. §. moribus 2. Feud. 35. §. ubi vero.* Deinde quia quilibet suæ rei legem adijcere potest, quam vult, & gratiam facere, cui vult: quod & Domino feudi denegari nequit, cum ipse obligatus non sit primo vasallo ad non infeudandum secundo in casu caducitatis ipsius feudi. *Sinckelthaus disp. 9. Feud. contr. 10.* Et si rem rectè perpendimus, Dominus non rem alienam transfert, sed suam propriam ad se reversuram, de quâ certè in successione disponere potest, præsertim si Vasallus adhuc possessor nullum ex futura beneficii feudalis successione percipiat periculum. Et huc facit, quod scriptum est *in cap. 5. Des Lehnrechts.* Zweenen Herren mag der Herr ein Gut leihen/ also das einer die Gewehr daran habe/ und der ander das Bedinge/ als ob dieser ohne Lehns Erben stirbet/ der das Gut in Gewehr hat. Ubi diligenter notandum, quod non omnia pacta in casum mortis alterius collata

collata sint prohibita & illicita, sed illa tantum, quæ fiunt
dere, cujus dominium prorsus erat alienum, in qua paci-
scentes nihil aliud juris sibi vindicare possunt præterquam
id, quod post mortem demum successoris per successionem
ab iplo defuncto sint acquisituri: Quod tamen non ita est
in hac investiturâ, utpote, quam Dominus facit de re sua,
& quidem in eum casum, quo utile dominium à Vasallo re-
cessurum, & ex propriâ suâ naturâ ad Dominum rediturum
est. *Vulteius l. 1. c. 7. n. 65. de Feud.* Unde scribit *Ifernias ad c. 1.*
n. 3 qui success. teneant. hoc pactum non esse de futura suc-
cessione viventis aut mortui, sed esse quoddam pactum col-
latum in defectum juris tertij, quod quidem in se habet
juris ordinem, estque de jure validum. Et *Baldus errare eos*
dicit, qui credunt quod iste contractus sit de futura successione,
cùm potius sit de caducitate successionis. Ad rationem in con-
trarium adductam respondet *Vulteius l. 1. c. 7. n. 67. p. 149. de*
Feud. Pactum illud per se illicitum consuetudine feudorum
fieri licitum. Cui tamen responderet *Sinckelthaus disp. 7.*
contr. 10. p. 245. Feud. Si turpitudine, quæ inest consuetudini,
contra bonos mores est, utique nec statuto, nec consuetudine
firmari potest. Turpitudine enim, quæ ipsi inesset, perpetuam irra-
tionabilitatem omni juri contrariam induceret. Et ait *Gailius l. 2.*
observ. 125. n. 4. Vbi non valet pactum contra bonos mores, ibi nec
valet consuetudo. Nos consideramus (1) in pacto hoc Expectati-
vo, sive investitura de Caducitate feudi, quod deficiente spe succes-
soris in feudo, illud Domino post Vasalli mortem aperiatur, adeoque
eo mortuo, Domini iterum sit, qui & potestatem habeat de eo libere
disponendi, illudque alteri sub conditione conferendi. Etenim in-
vestitura illa non fit purè, neque concipitur in id tempus,
quo utile dominium adhuc est penes Vasallum possiden-
tem: sed subintellectâ hac conditione, si feudum ad domi-
num revertatur. (2.) *Etiamsi desiderium mortis respectu Va-*

falli in altero esse possit, tamen non est metuendum, ut is, qui sub
condizione illa investitus est, mortem Vasalli sit acceleraturus:
quandoquidem certus est, eo defuncto, feudum ad se aut
suos hæredes recidere. Desiderium mortis Vasalli quod
attinet, illud per accidens hic saltem consideratur, potissi-
mum verò & per se libera Domini de suis rebus sive de præ-
senti sive de futuro dispositio, ad quam si sequatur votum
de celeritate mortis vasalli, non potest illud Domini jus de
concessione rei feudalis in futurum, ejusque dispositionem
de rebus suis jure ipsi competentem infringere aut vitia-
re; multò minus id inferre, illam investituram, aut pa-
ctum istud expectativum esse contra bonos mores, quip-
pe quod per accidens saltem desiderium mortis Vasalli
hic sequatur. (3.) *Non privatur Vasallus adhuc possessor suo
usufructu, verum relinquitur in sua possessione, & fruatur
suo beneficio feudali plenissimè: tantum eo defuncto, cum ape-
riatur Domino, ad alium Vasallum ex gratia Domini per pa-
ctum investiturae devolvitur. Unde nullum damnum exinde
percipit: nihil juris propterea amittit, ut non videam, qua ratione
ejusmodi pactum expectativum non possit esse licitum ac validum.*
Nititur ergo hæc res sola voluntate Domini, quæ tanta est,
ut ne Vasalli adhuc possidentis consensum teneatur re-
quirere *c. Clerico 2. F. 35. §. ubi verò: quod, ubi jus Vasalli
non minuitur, ibi istius quoque consensus non sit exqui-
rendus Sincelthaus disp. 7. contr. 10. F. p. 245.*

VII.

Num Maritus possit suæ Conjugis

Curator esse?

Expeditum est, quod vigore Juris Saxonici mulier absq;
authoritate Curatoris in judicio nihil agere possit, quod le-
gitimam standi personam in eo non habeat, nec valeat
quicquam donare, vendere, vel aliis modis distrahere, nisi
adhi-

adhibito Curatoris consensu, & auctoritate. *Zobel par. 2. Dif-*
fer. 22. n. 1. n. 22. & 33. diff. Jur. Civil. & Saxon. Berlich. par. 2.
Concl. 17. n. 3. Idq; ideo ne (1) *Judicia reddantur elusoria Ordin.*
Proc. Indic. tit. 8. §. Do sic aber. Daniel Moller l. 1. Semest. 18. n.
8. (2) *Ne Legum auxiliis, quibus mulieribus ob sexus im-*
becillitatem succurritur, ipsæ abutantur. Et sic (3) *Alios*
decipiant, ipsiq; contrahentes de ipsarum fide non sint
securi. Nunc tamen constat juvari legum beneficio illas
 mulieres, quæ deceptæ sunt, non quæ decipiunt; *Infirmitas*
siquidem mulierum, non calliditas auxilium demit (alij leg. me-
ruit) l. Et primò §. 3. ff. ad Scitum Vellejan. Quapropter pro-
 vidè *Legislatores Saxonici constituerunt, ne quid mulie-*
res agerent contraherentq; sine Curatoris auctoritate, in
tantum, ut Judex non imploratus ex officio curatorem
mulieribus agere volentibus dare teneatur. Constit. Elect. 15.
par. 2. v. Derowegen denn die Gerichtshalter. Quæritur ergò,
 an non *maritus conjugis suæ Curator esse possit? Quod af-*
firmandū videtur l. 1. artic. 45. Land Recht & Artic. 63. Welche
bild ubi scriptum est: Maritum, quamprimum thorum uxoris in-
greditur, tutorem ejus fieri. Vnde vocatur ein ehelicher Vors-
mund. Neque hæc *Lex destitui videtur ratione, quod maxi-*
mâ dexteritate maritus uxori suæ prospicere præsumitur,
 non solum propter affectionem *maritalem, sed & quod*
uxorem in tutelam & potestatem receperit. Carpz. de Jurib.
femin. dec ad. 3. posit. 8. Hodie tamen id non simpliciter pro-
 cedit, sed *requiritur ut judicialiter constituatur Curator,*
 & *Instrumentum Curatorium exhibeat, vel cautionem de*
rato præstet. Constit. Elect. 15. par. 2. vers. Wie dann auch die
Ehemänner. VVescnb. ad ff. de Procurat. n. 4. Zanger. par. 2. c. 8. n.
11. de Exception. Daniel Moller l. 1. c. 18. Semestr. n. 62. Illudq;
 tota die *præticari dicit Carpzov. par. 1. Constitut. definit. 31. n. 3.*
Jurispr. Roman. Nam aliàs *maritus Curator esse non potest,*
 D 3 verum

verum cogitur uxor alium quære Curatorem, ita, ut si mulier maritum suum ad causas peragendas constituere velit, facere id nequeat, nisi adhibuerit alterius Curatoris auctoritatem. *Daniel Moller par. 2. Constit. 15. n. 62. & 63. Andr. Rauchb. par. 1. q. 2. n. 47. 48. & seqq.* Nisi fortassis mulier per se coram iudice judicialiter maritum suum constituerit procuratorẽ, ipsiq; causam commiserit, quo casu non indiget alio curatore. *Berlich. par 2. Concl. 17. n. 47.* Sunt alij qui putant non sufficere mariti curatelam, sed necessariò requiri præter maritum, & aliũ curatorẽ, cujus auctoritate mulier agat, *Ob verba Constitutionis Electoralis 15. verb. Ohne vorwissen vnd Auctorität ihrer ehelichen vnd anderen verordnetẽ Vormunden. Vbi Copula ET, quæ Copulativa est, benè consideranda venit. l. Triplici 112. ff. de V. S. Sed si id est verum, quænam erit causa, quare mulieribus, quæ ob defensionem mariti non parum imposturis & deceptionibus sunt subtractæ, præter maritum indigeant alio Curatore, ut sic gemino instructæ esse debeant: Innuptis autem quæ maiori favore erant dignæ, unus sufficiat? Dicimus igitur sufficere alterutrius sive mariti vices Curatoris sustinentis, sive peregrini cuiusdam Curatoris auctoritatem, & si maritus uxori suæ contrahenti consilio & opera adistere velit, modo omnia rectè se habeant, uti indicatum est, alterius Curatoris auxilium non requiri. Ad verba Constitutionis respondet *Berlich. par. 2. Concl. 17. n. 12.* Voculam ET non semper copulare præsertim si subiecta materia aliud suaserit. *Carpzov. de Iurib. Femin. d. posit. ait: Non infrequens esse, ut pro ratione materie subiectæ oratio Copulativa in Disiunctivam resolvatur l. sepe ita 53. Vbi Dd. de V. S.**

COROLLARIA.

I. *Etsi Ius Pontificium Protestantes in quibusdam agnoscant, tamen propterea Pontifici Romano non sunt subiecti.*

II. *Ius Canonicum ex Iure naturali, dictis S. S. D. cretis Conciliorum potissimum universalium, testimoniis Patrum & antiquitatis historice fide æstimandum est.*

III. Duae præcipuè sunt causæ quæ intra annum luctus mulieri potestatem nubendi adimunt. 1. Turbatio sanguinis. l. ii. ff. de his qui not. inf. 2. Memoria & reverentia defuncti. Gudelin. l. i. c. 12. Iur Nov.

IV. Mercatura est Nobilibus interdicta. l. Ne quis C. de Dignit. l. Nobiliores C. de Comm. & Merc. l. Humilem C. de Inc. Nupt.

V. Impensa funebris omne debitum præcedit l. Impensa. ff. de Rel. & sumt. fun. l. scimus §. 9. C. de Iure delib.

VI. Corpora defunctorum ob debita non licet arrestare. l. Cum sit. C. de Sepul. Vid. Nov. 60. c. i. Peck. c. 5. n. 23. de Iur. Sisten. Cöler par. 2. c. 3. n. 429. Proc. Execut. Covarruv. l. 2. c. i. n. 10. Var. resol. Perez. ad C. de Sepul. Viol.

VII. Vitium Iurisprudentiæ minimè est, quòd longæ sepe lites existant, & processus ferè infiniti.

VIII. Privata Romanorū leges Reip. Germ. rectè accommodata sūt.

IX. Bonis cedere est de genere permissorum, estq; beneficiū juris miserabile debitori, qui solvendo non est, pro evitanda in carceratione concessū. Vid. l. qui bonis. & l. cum solito. C. qui bon. ced. poss.

X. Non omne adulterium est capitale.

XI. Incestus in linea recta ex Constitutione Iuris Saxonici est capitalis: non semper in linea transversa.

XII. Actiones ex delicto passivè ad hæredes nō transeunt.

XIII. Stuprum violentum est capitale. Constit. Crimin. Carol. V. art. 119.

XIV. Securitas est carnifici præstanda in executione

pœna. Mantzius ad artic. 97. Const. Crim. Carol. V.

XV. Legitimatus per subsequens matrimonium, ut & per Rescriptū Principis in collegia opificum est recipiendus.

XVI. Feudalia, Emphyteutica & Censitica bona multum differunt.

XVII. Ob аволюеіау Vasalli agnatis feudum eripi non potest.

XIX. Imperator Imperii Status ita vocare ad Comitia potest, ut sub certa pœna personaliter compareant. R. A. de Anno 1545. §. Und seynd. R. A. de Ano. 1546. §. Dieweil wir.

XIX. Sagæ convictæ criminum commissorum justè occiduntur.

XX. Tortura est introducta non in pœnam criminis commissi, sed in subsidium probationis.

XXI. Unus testis quandoq; indicium facit ad torturam. Ordin. Crimin. Carol. V. art. 30.

XXII. Quamvis corpora punitorum regulariter facta executione sepeliri debent. t. t. ff. de Cadav. punit. fit tamen ut aliquando & quidem justè non sepeliantur: maxime si Majestatis causa damnentur. Ord. Crim. Carol. V. art. 159. & 162.

XXIII. Iura Iustiniana etiam apud Rom. non fuerunt in usu, nisi ubi lex specialis patriæ deficeret.

XXIV. Quod, existant diversæ Ddrum sententiæ communes contra communes causa non est juris incertitudo, sed præcipuè natura Legū atq; varietas actionū humanarum.

F I N I S.

